Toletana

Beat.is et Can.is Ven. Ser. Dei Fran=ci a Puero Jesu Laici Professi Ord.s Carmelit. Excalceatorum Con=gregationis Hispaniae

Caeli et Terrae Creator Deus notum ipse fecit salutare suum, et in conspectu gentium manifestè revelat tum justitiam, tum ma=xime Omnipotentiam suam suscitans de pulvere Egenum, qui de virtute in virtutem procedens ju=cundissimum sese exhibeat spe=ctaculum ipsi Deo, Angelis et ho=minibus.

Apud Hispanos profecto duobus fere abhinc saeculis Divinae hujus=modi Omnipotentiae splendor ef=fulsit in Ven. Servo Dei Francisco a Puero Jesu nuncupato Ord.is Carmelitarum Excalceatorum Con=

Arch. S.C. pro Causis Sanctorum
Reg. Decr. Serv. Dei 1766-1768. ff.352-354

Congregationi Hispanae Laico Pro=
fesso, qui humilibus natus paren=
tibus ex eo hominum numero vi=
debatur futurus, quorum vita hu=
mano generi pondus est, non subsi=
dium; sed extulit sese repente, qui
latebat intus Spiritus Domini, quo
Fran.ci Charitas ad ardua quaeque ex=
citata in proximorum utilita=
tem ita se convertit, ut sua
commoda negligeret, et aliena
solummodo curaret. Itaque po=
stquam hic Spiritus Servum Dei
in sublevandis Egenorum, Egro=
torumque praecipue calamitati=
bus impendit, atque ex hac mor=
tali vita ad Caelos Franciscum evo=
cavit, mirifice exarsit Hispano=
rum studium in celebranda illius
memoria, et virtutibus omnique

possent

possent cultu prosequendj: quare
constructis alter. Ord. processibus,
in quibus elucet satis illustre testi=
monium Ven. Patriarchae Joannis
de Ribera, cuius Virtutes in gradu
Heroico extitisse, ea ad probatas fue=
runt, confectis processibus Aposto=
licis, ex Causae progressa fuit, ut ha=
bitis subinde de Virtutibus Servi Dei
Congregationibus Antepraeparato=
ria die 7. Septembris 1745, ac Prae=
paratoria die 23. Novembris 1756
deventum tandem sit ad Gene=
ralem Congnem die 6. Decembris 1768.
coram SSmo Dno Nro PP. Clemente
XIII, in qua auditis Patrum suf=
fragiis, Sanctitas Sua de more distulit
judicium suum, ut interea tem=
poris sui aliorumque precibus
in tam arduo negotio lumen a
Deo imploraret, de cuius peren=
ni fonte virtutes omnes, omnis=
que

que Sanctitas promanarent.
Hac igitur die Augustissimo Jesu
nomini consecrata, cujus virtute
confisus Ven. Dei Servus, si quando
omni ex parte opes humanæ deesse
viderentur, insperatum impetra-
re solebat præsidium, sive ad resti-
tuendam infirmis valetudinem,
sive ad relevandam proximorum
paupertatem, SSmus Pontifex post
peractum Sacrosanctum Missæ
Sacrificium, accitis coram se Emis
S. R. E. Cardinalibus Rezzonico
Causæ Relatore, et Chisio Sac. Rit.
Congni Præfecto, atque R. P. Caro-
lo Alexio Pisani Fidei Promoto-
meque infrascripto Secretario,
Constare decrevit de Ven. Servi
Dei Francisci a Puero Jesu Laici
Professi Ordis Fratrum Carme-
litanum Excalceatorum Congre-
gatio-

gationis Hispaniæ Virtutibus Theo=
logalibus Fide, Spe et Charitate
erga Deum et proximum, atque
Cardinalibus Prudentia, Justitia,
Fortitudine, et Temperantia, ea=
rumque adnexis in gradu heroico
in casu, et ad effectum, de quo agitur.
Et hujusmodi Decretum in acta
Sacrorum Rituum Congregationis referri, et pu=
blicari mandavit. Hac die prima
Januarii 1769